



*poena rebellium*

*Turchi in Transilvaniam ingressi sunt paulo post transilvaniam Turchorum circiter tria milia praedamque magnam abegerunt pecorum atque hominum Quos insecuti Sibinienses et ipsi theutonones ad interitum nem usque deleverunt: victoresque praeda recuperata domum rediere. Tunc civitatem introierant, cum michael ex alia parte haud parvas ducens copias affuit, civitati exitum parans. Que bistricensibus adversum se opem tulisset. Sed cum Sibinienses intra munitissimam urbem se continerent frustratus delirio suo minabundus recessit. Apud hungaros obiit etate nostra paulus Vergerius Justinopolitanus grecis ac latinis literis apprime instructus. Cuius plura erant opera aberudicata. Strianns qui Alexandri magni gesta greco sermone descripsit latinus ab eo redditus est hortatu Sigismundi Cesaris Scripsit de ingenuis moribus grecas ac barbaras amicitias compavit, adversus Malactam qui maronis statum in foro Mantuano deiici iusserat nobilem invectionem edidit ex hungaris qui studia humanitatis secuti evo nostro claruerunt duos novimus. Johannem episcopum Taradiensem qui regni cancellarium obtinuit, et alterum Johannem eius ex sorore nepotem qui sub Barnimo Veronensi grecas ac latinas literas didicit nec minus versu quam soluta valet oratione. horum tamen originem silauonicam ferunt. Scientiam Juris plurimum professi sunt. Inter quos dyonisius excelluit gente Lanysia natus. Qui strigoniensem sortitus ecclesiam honorem quoque cardinalatus, ut ante diximus emeruit. In remilitari Nicolaus Jay uoda transilvanus. Michael Ursati et qui talium inuasit pagraci nomen adepti sunt. Nunc clarus habet Michael Rilagi. Ex aliena ruina magnus. Johannes huniadis, cui nomen ceteros obnubilat non tam hungaris quam valachis, ex quibus natus qui natus erat graecus auerit. Walachia perquam lata regio est a transilvanis incipiens usque in Eurimum protensa pelagus. plana*

*Paulus Vergerius obiit opa Vergerij*

*Qui ex hungaris et turcha humanitas fecerit et qui clari sunt*

*Walachia*